# Felicioris auspicij ergò accentus votivi quos ... D. M. Jonæ Magni Wexionen...

Rothovius, Carl Isaksson

1 Ic 1640 Wexionensis, Jonas

KUNGL. BIBLIOTEKET
National Library of Sweden

I.

CLare vir, eximium decus, ingens gloria Phœbi,
Doctrinæ cultu divite pectus alens:
Ex alto Deus aſpiret queîs numine cæptis,
Inclares ſophiæ doctor & Euſebiæ.
Id tua promeruit virtus, heroica virtus,
Id meruit pietas, ſedula cura, labor.
Is labor ingenuas felici ſorte per artes
Exhauſtus. quo iam tendis ad aſtra diu.
Culmina iam ſuperas cœloq; favente ſupremus
Impendet capiti grandis honoris apex.
Sic precor, ut liceat, ſublimibus ire per altum
Auſpiciis, ſummo proſpera dante Deo.

*Laurentius Magni* Banch *Smol.*
*Juris Studioſus*

II.

Jam demum, *Venerande vir & præclare Magiſter*
WEXIONENSIS erit, *meritis* cum *Gratia* digna;
Debita *virtuti* quoq; *gloria* & indefeſſo
*Præmia* ſacrorum ſtudiorum danda *labori*;

 Et

Et celebres venient *ſacri Doctoris* honores?
Eſt ita: Nam cerno victricia ſigna peractæ
Militiæ: cerno captos ex hoſte triumphos
Innumeros: & cerno, quæ tibi adorea ſurgat
Egregia: & toto quod decantabitur orbe
Nomen & ad ſeros tranſmittet fama nepotes.
Sœpe quidem fatuis tituli tribuuntur equeſtres;
Sœpius & ſcurris decus illud Nobilitatis;
Quid? Bardum viridans Muſarum laurea corpus
Sœpe tegit; ſed non ita tu Doctoris honore
Donaris: Nam digna manent, quæcunq; manere
Præmia te cernis. Quid? *honos eſt debitus omnis.*
Et quid ego multis hunc collaudare laborem,
In quo vel mordax nil carpat livor? abundè
Idcircò ſatis officio, puto, fecerim honori
Si veluti decet ingenuè congratulor atq;
Ex animi fibris mananti finio

# Voto.

SAncte Deus faxis, honor hic & adorea JONÆ
WEXIONENSIS ſint fructifera omnimodè!
Numinis ut laudem, æternam Patriæq; ſalutem
Promoveant! Nolo dicere plura. Sat eſt.

*Gudmundus Davidis*
*Krokius.*

# III.

Ἡμερ᾽ ἴδου ἐξαναδύνεται νῦν
Εὐαγής; μοῦσαι ἄγαναι ἄειδε
Χαίρεθ᾽ αἱ λῶσται, ὅτι ἀιλίδας τε
Ἔυρετε ἔαθλας.
Γαία ὡς χόρτους διακροῦται ἤδε
Ἡδεται κάρπυις; σφετέρου καθῶς τε
Ὄικίαι τοῦ ἀνδρεάσι ναὶ λυκέιου
Δαίμοσι πόλλοις
Γηθέουσιν ἤνιδε ἡ Σαλήνη
Ἐμφορῶν ἀλφῆς μεγάλης. τὸ λοίπον
Τάγμα σπουδαίων λίαν ἔυθυμεῖται:
Πολλάκις οὕτω.
Ἐκκεῖτη ναὶ ἡ ἀρετὴ σεαυτοῦ
Ἄξια, ἤνεγκ᾽ ὅτι εὐσταθῶς μὰ
Ἀκτόη ἐτλήμονα, νῦν δ᾽ ἄεθλον
Ἐκφέρεταί γε.
Καίρους ἤδη ἔυτος ἔπες᾽ ἔπαινον
Δοξάσαι σαὐτοῦ, μεγάλον γὲ ἔυχος
Χρῆ σόφους; δέξαι διὰ ἐυμθυῆς νῦν
Πάμματα ταῦτα
Ἄισιαν φήμην δεέμαι ἀτεχνῶς
Σῆσαι ἔις τὸ νεύμα Θεοῦ ἑκάστους
Εννεοῦς ῥωσαι μετ᾽ ἄγης μάλιστα
Πατρίδι ἡμῶν.

*Petrus Johannis Boderus.*

IV.

# IV.

Οὐραίνοιο πέδου κ' ἀθανάτῳ θεῷ,
Καὶ ἀννειδέλεων, καὶ ὁράτων. ἀεὶ
Πολλὴν πάντοτε χάρειν
Ὑψίαθ' ἔξομε κτίσοει;
Νύννι χρήσιμα, καὶ πάντα γε ὃς κάλα
Βρώτοισ ἐκ ἀμέτρης φῶσι χαρίζεται
Εἰς καθθημέραν τε
Εὐεργησίας ἀιεϊ.
Ανθρώποισι μόνον τ' οὐ τε δίδωσι γε;
Αλλ' ἐν πᾶσ' ἀλόγισ' ἤδε ζώοις
Αναγκαῖα, νέμει, καὶ
Πάντα πρὸς βίον ἴτια.
Εἰς χθῶνα βρεχεῖν τήμερα πιέει,
Ἐξανθῇ εὔθως ἴννα, πέδον τε καὶ
Εἰς σωτήελα ῥέπκει
Σώων βρώματα ἀιεϊ
Ὡς ὑψιβρεμέτης δωρέεται θεὸς
Εὐδείαν, τὰ ἀεὶ ὀρνιθάρεια ἵν'
Χαίρωσ', εὐφραίνωσιν
Τοὺς φῶτας λιγιμόλπῳ ἐν.
Γαλλήνην ὀρέγοντ' ἰχθύσι ὤκεα,
Τυγχάνουσι, καὶ εὐημέρεον τ' ἄγαν
Φῶσιν τ' ἀυπταλάντου
Ἀιέθλων τε πόνων θεός,
Καὶ δῶρ' ἄξια νῦν καὶ κάλος ἄβροτος
Ἐν ποιήματι, καὶ ἐν τ' ὑφιειμένῳ
Εὔθυς γήρατι σπεύδειν
Ἠγείρωσι τε πάντοτε.

Τοῦτ'

Τοῦτ' εὐεργεσίας ἀθανάτοιο γὲ
Ἱκανῶς καὶ ἄλις τήμερον οῦ θεοῦ
Ἔνδημα προτυπὸν καὶ
Λαμπηρῶς ἀναφαίνεται.
Ἄνδρες γὰρ πολὺ νὺν σεμνότατοι ἀεὶ
Κλῃαίνοι ἀμογήτ' αἴρεται ἀξίαι
Τοῦ μόχθοιο μεγίστην
Ἰσχυρῶς τὲ γεραίσμιαι.
Δήπου ἀγνοέω ἐλλογίοισι τὲ
Καὶ ἐγκωμείοις εὐλογέω σὲ, ὦ
Φέγγος ἄγγιος, ἡμερ'
Ὦ τεσκησσομένη, φάος
Μείζων λαμπρότατ'; ἐν χρέος ὁ φῶσι καὶ
Λατρεύουσι τοῖς τ' οὐρανίη τιμη
Ἄγνου παλλάδεος τὲ,
Πάντοτε ἀπορέγεται.
Σὲ κλεύομινε ΠΑΙΕΡ, νὺν χρονίως θεὸς
Σώσει ἀβλάβεια πατρίδι καὶ ἔμιν
Χλώρω γήραπιν ἀμμῶ
Πόννοις ὅτου ὁμάλη χάρις
Τήμερρον γ' ἀνάγει: Απωέχεν ὄψιμοι
Μηδεπωώποτε, καὶ οὐδεμί' ἡμέρα
Ἐκ γῆς τοὔνομα ποιο
Δυστυχὴς τὲ καταξύνει.

Nicolaus Jonæ Salanus.

V.

Tu quoq; ad optatæ mea quid ſolenia lucis
Tantis Doctorum chelijs edito honoribus aptum!

Quos

Quos ſeu conjunctim, ſeu vis ex omnibus unum
Sumere, & eximias verbis extollere laudes,
Non erit una dies illos quâ dicere poſſis,
Ut reliquos taceam, ſaltem rogo, conſpice JONAM
Vexioneum Magni, quo non præſtantior alter.
Singula non poſſum, paucis ſed plurima dicam;
Nomine doctrinæ vir admirandus & oris.
Sed quid ego hacce levi fruſtra mondulabor avenâ
Rem imprudens, quæ vel ſublimi digna cothurno?
Hinc igitur nos Calliope diſcedere præſtat,
Tantiſper dum dulciſonas extendere chordas
Quimus, & in melius verſus componere noſtros.
Saltem, ſupplicibus deceat quia claudere votis,
Comprecor, ut felix vigeas ad Neſtoris annos
Excellens DOCTOR; veſtris Deus annuat auſis!

Carolus Iſaaci Rothovius.

## VI.

Ι᾽σχυρὸς ἐν πόλεμῳ ὥσπερ σκληρὸς στρατιώτης
Ω τ᾽ ἀυτὸς ἰσχρῶς πολεμεῖ σὺν ἔχθρῳ ἀληθῶς
Ν ικητήρια λαμβάνει κ᾽ ἐπιλέκτικα ἄθλα.
Α λλως οὐκ ἐν γραμματικῇ γίνεται τε παλαίστρᾳ
Σ πουδαίοι γὰρ ἔχουσι ἀεὶ κάλα μίσθα δέχονται,
Μ είζων ἄλλα λάβουσ᾽ ἀγαθόν, καὶ μύρια κάλλα
Α γλαίοι, καὶ ἐν σοφίᾳ κ᾽ ἀρετῇ περιόντες.

Γλυ-

Γ λυκκοτατ' ἂν ἐν μείο πατερ κ' ἀντάξιε πάντων
Ν ὖν σοὶ τῆς τὲ νέας συνήδομαι ἂν μάλα κλείης,
Ὀυ ερανιον και ἔυχομαι ἂν σὲ θέον πανυ σώζειν.

## Ejuſdem.

EVterpe cane, nec non Polyhymnia
Et Clio ſubito tendite barbyton.
Sylvas ducere tu qui potes optimè,
Qui & noris citharis & fidibus tuis
Lapſus flumineos ſiſtere mi Orpheu
Aures nunc hominum dulcicanens line.
Quid cantes potius quàm, rogo, laudibus
Doctoris celebris nomina nunc nova
Qui jam luſtra duo, & præterea tria
Cum laude inſtituit pubem Academicam?
Quo excepit juvenum florida portio
Bis doctarum hederas præmia frontium;
Cui ſunt & data ter ſceptra Academica,
Queis rexit juvenes non ſine commodo.
Teſtaturne novis obſecro gaudia
Tellus vernali tempore floſculis?
Mecum cur ne etiam Muſa canis mea
Laudes magnificas meî celebris patris?
Chordas nos equidem pollice tangere
Vocales decet, ac id juvat optimè.
Nam non eſt potius quo gratuler mihi
Quam quod conſpicuis ſurgis honoribus,
Seceronis populo & te genitor meus.
Lætor nunc *ti* igitur clare *Pater* dari
*Doctoris* rutilum non & optimuemm,
Quod virtus, vigil & quod meruit labos,
Quod non immerito ſed meritus *geris*

 Hinc

Hinc ergo *tibi* nunc nomen & omen eſt.
Albâ hæc ne careat pulchra dies notâ
Nec faſtis pereat tempore perpeti.
Tarda ac illa dies proveniat *tibi*
O mi chare *Pater*, quâ ſuperi velint,
Sedes in rutilas ponere *te* ſuas!
Ut vivas patriæ ac utilis omnibus,
Qui Chriſti unigeni ſunt in ovili oves.
Et ſic poſteritas *ti* meritos pia,
Semper ſolvat honores, neq; poſt tui
Unquam longa dies conticeat decus.

JONAS JONÆ Salanus.

## VII.

GRatulor ex animo & lætor, mihi quod pater ipſe
Charus perpetuum, ac omni venerandus honore
Tempus ad hoc ſaluus fatis ſupereſſe valebat,
Donec pro meritis digno potiretur honore.
Sollicitis igitur numen nocteſq; dieſq;
Divinum precibus nunc ſupplice voce fatigo,
Vt mihi, percharum ſervet, patriæq; parentem
Incolumem; nec eum fatalem ducat in urnam
Antea quam ad dulces pertingat *Neſtoris* annos.
Ardentis, tenuis ſiet hæc nunc clauſula, voti!

*Petrus Jonæ Salanus.*

Seri-

VIII.

SErius an citius meritos acquirere honores
Tantundem eſt, meriti ſint modo ſintq́ ſacri.
Serius acquiris, JONA, Doctoris honores
Hoſce novos, meritos ſed tamen atq́ ſacros.
Quid loquor? hæccc moram lux compenſabitabundè
Nempè ut ſerus honor ſit tibi verus honos.

MARTINUS CANUTI
Brennerus.

inches

centimeters

| | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| L* | 38.76 | 65.15 | 49.61 | 43.54 | 55.52 | 70.42 | 63.13 | 40.08 | 51.75 | 95.34 | 92.09 | 86.92 | 82.37 | 72.17 | 62.32 |
| a* | 13.81 | 19.21 | -4.20 | -12.89 | 8.78 | -32.39 | 35.43 | 10.25 | 47.36 | -0.90 | -0.92 | -1.12 | -1.12 | -1.05 | -1.10 |
| b* | 14.69 | 17.92 | -21.33 | 22.66 | -24.31 | -0.48 | 57.84 | -44.77 | 16.93 | 1.90 | 1.46 | 0.97 | 0.56 | -0.04 | -0.01 |
| Density → | | | | | | | | | | 0.05 | 0.09 | 0.16 | 0.22 | 0.36 | 0.52 |

| | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 25 | 26 | 27 | 28 | 29 | 30 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| L* | 49.61 | 38.89 | 28.60 | 17.97 | 9.50 | 4.33 | 30.32 | 72.50 | 72.10 | 29.51 | 55.60 | 43.48 | 82.02 | 52.85 | 50.86 |
| a* | -1.29 | -0.23 | -1.09 | 0.04 | 0.45 | 0.32 | 22.13 | -22.92 | 19.51 | 13.42 | -38.46 | 50.74 | 3.28 | 49.90 | -27.78 |
| b* | -0.10 | -0.48 | 0.07 | 0.09 | 0.25 | -0.47 | -19.02 | 56.08 | 67.85 | -47.69 | 32.19 | 29.13 | 78.75 | -12.86 | -27.68 |
| Density | 0.75 | 0.98 | 1.24 | 1.64 | 1.96 | 2.38 | | | | | | | | | |

D50 Illuminant, 2 degree observer

All values are batch averages

Don Williams

M001225